Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



423.

Tu quoq; si coram me ambulauis. scilicet si fide
& dilectione cor tuum emundauis. Sic pater
tuus ambulauit. sic xpc uiam continentie &
perfectionis tibi demonstrauit. qui te suo sanguine
generauit. in simplicitate cordis & equitate. qui
in amoris & timoris fit directione. Et feceris omnia
que precepi tibi in legis institutione. & legitima
mea seruauis in prophetarum institutione. & iudi
cia mea in euglii perfectione. Ponam thronum
regni tui super israel in sempiternum. quia eterna mea
uisione in futuro te sublimabo. si te preceptorum
meorum operatorem in presenti inuenero. Sic locutus
sum dauid patri tuo. ut dauid historiali fideli
meo. ut dauid mysteriali filio meo. Non auferetur
de genere tuo. de populo xpiano. uir de solio israel.
Solium israel. requies est illa celestis regni. qua illi
in eternum perfruentur. qui sui creatoris uisio
nem in presenti promerentur. Si autem auersione auersi
fueritis uos & filii uestri. non sequentes me. neque
custodientes mandata mea. & cerimonias
quas proposui uobis. auersione auertuntur. qui sci
enter mandata dei transgrediuntur. Si ergo inquit a
uersione auersi fueritis uos & filii uestri. filii sunt
cogitationes. opera. & uerba. qua posteritate. ut
regnum uite acquiritur. ut ad mortem eternam per
tingitur. Non sequentes me. Deum non sequitur.
qui illi per timorem & amorem non obsequitur. Neque
custodientes mandata mea. que in uetere testa
mento uobis conseruanda constitui. & ceri
monias quas uobis proposui. scilicet iustifica
tiones illas. quas in nouo testamento uobis in
stitui. Risi enim habundauit iusticia uestra. plus
quam scribarum & phariseorum. non intrabitis in reg
num celorum. Si abieritis in peccati suggestione.
& coluerit deos alienos in peccati delectatio
ne. & adorauerit eos in peccati consumatione.
au[illegible] feram israel de superficie terre. & templum
quod sanctificaui nomini meo. proiciam a conspectu
meo. Israel de superficie terre auferetur. cum spiritus de
habitatione carnis educitur. quam scilicet terram
creator tunc homini dedit. cum eum for
mauit de limo terre. & inspirauit in faciem
eius spiraculum uite. Templum quod nomini domini
sanctificatur. a conspectu dei proicitur. cum anima que
in baptismi sanctificatione. habitatione sancti
spiritus dedicatur. iusto iudicio a miseratione sui
creatoris repellitur. Tunc israel in proverbium & in fa
bulam cunctis populis uertitur. cum spiritus de corpo
re egressus. malignis spiritibus derisui efficitur.
In proverbio enim & in fabula. aliud dicitur. aliud
intelligitur. sic ubi moriente homine spiritus con
dempnatur. futura corporis & anime condem
natio. in extremo iudicio pertimescitur. Domus
hec erit in exemplum. quia sic homo perditus
separabitur extra illud templum. ubi collectio
erit beatorum omnium. Omnis qui pertransierit per eam
stupebit. sibilabit & dicet. Quare fecit dominus
sic terre huic. & domui huic. Ille qui domum
pertransit. est spiritus qui de habitatione corporis
exit. qui uiso condempnationis sue iudicio
stupebit. qui eternorum tormentorum experimento eu
labit. & per imminenti angustia lamentando
miserabiliter exclamabit. Quare creator.
qui me in principio creauit. animam & corpus
meum. eterne morti sic condempnando adiudi
cauit. Exactores angeli respondebunt. quia
iram iudicis in contemptore spiritum uindicabunt.
Quia dominum deum suum dereliquerunt. quia filium dei
creatorem & redemptorem suum neglexerunt. Qui
patres eorum de terra egypti eduxit. cum populos
gentium euglii sui predicatione de ignoran
tie cecitate eripuit. Primum quia cum deum cog
nouissent. non eum sicut creatorem suum glorificauerunt.
sed deos alienos secuti sunt in peccati sugges
tione. & adorauerunt eos in peccati delectati
one. & coluerunt eos in peccati perpetratio
ne. idcirco induxit dominus omnem malum hoc
super eos. in eterne mortis condempnatione.

Et sequitur.

Expletis autem annis. xx. postquam edifica

XXVII.